Item Beeſtarck an jme mit dem Lemtrüſtbaw in ſeiner linnggen ſitten. vnd jm anbinnen fare mit dem gefüeg über ſeinen dürg gen an ſeiner rechten fare mit dem Ellnng jnwonndig jn ſeinen rechten Ellenbogen / ſtoß ſtarck. vnd mit der linnggen hand fach jme an ſeinen ärmel. vnd hinnder ſeiner rechten hand. reiß ſtarck an dich / so nimbſtu jme den dürgg.

Ein bruch über das obgeſchribene ſtuckh.

Ißt er das gelennck brüchig.
So leig dich vor jhm nider.

Kumb gestilg kumg kris.
Das man dir sage preist.

Item so er mit dem gestilg also dein rechte überfelt so
fare nur auf also über mit dem Creutz in sin elen-
bogen gekrümpt hinders haubt von dir greif kumgg
an sin gestilg vnnder diner rechten vnnd reis starck
an dich: So kumbstu nit vor.

Ein anndes Duseggenemen.

Kumgg vnnderfar den rechten.
Mit gestilg überreis sin kestle.

Item tre mit dem kumggen kindt vor vnnd fallt dinne
Duryggen auf deinen rechten bain. fahot er zu deiner
kumggen blöss so fare mit dem gestilg hinvnnderg
über glaues diner rechten kannd. vnnd reis starck zur
rechten: So nimbstu nit me den Duryggen.

Das hringen vnnd vinnden.

Item hie merck wie du auss den hringen dre vinnd
treiben solt dann thu also: Wann du mit dem zu kest
zum mann kumbst so tre von deiner rechten setten
aus dem Eber. fahot er dir dann oben nin. zu deiner
cumggen setten so winnde gegen sinem kalse eint.

gegen die kurtz Schneiden an sinem duryggen. vnnd
stich nne oben in zum gesicht. das ist ein vnnden-
segt er den stich ab sinner cumggen setten so bleibt
Duryggen. vnnd winnde wider auf dein rechte setten.
die kanng schneid an sinen Duryggen. vnnd stich me
oben nin zum gesicht. das ist ain kanngen von deiner
rechten setten. mit zweien winnden an sinem Du-
ryggen.

Ein anndes Stuck jnnn hringen vnnd vinnden.

Item wann du mit dem zu kesten zum mann kom st
so tre von deiner cumggen setten. fahot er dir dann
oben nin zu deiner rechten setten so winnde gegen
sinem kalse die kanng schneiden an sinen Duryggen.
vnnd stich me oben nin zum gesicht. sinner rechtenn
setten. das ist aber ein vnnden. segt
er den stich aber gegen sinner rechten setten ab so bleibe
annn Duryggen. vnnd winnde wider auf dein cumg-
ge setten. die kurtz schneiden an sinen Duryggen vnd
stich me oben nin zum gesicht. Das ist das annder
überfangen von der cumggen setten aber mit
zweien winnden an sinnen Duryggen.

Etlich Fiungen
In dem Duseggen.

Item fare mit diner linno wenen an seinen Galls vnnd sterit mit dinem rechten fuss zunder pin rechten stainecke vnnd wirf zue vber dein rechtes knie aus dem fus.

Ein anders Fiungen.

Item begreif zue die kelt sannd mit deiner linggk vnnd mit der rechten greifzue vnnden an den Elenbogen vnnd zuck damit zu dir vnnd mit der linggk sannd stos oben von dir, zuderr springg mit dinem rechten fus zunder pinen linggen, vnnd wirff zue aus dem fus vber dein rechtes knie.

Wer ain Klotstannd.

Item woann dir ainer zu trett mit pinem Dispug von vnnden, so falle zue mit der linggen sannd auf pin rechte sannd vnnd fallt dir vor, vnnd greif mit deiner rechten verkerten sannd vnnden zu pins Dispuggen vnnd vonnd zue pinem Dispuggen den vnnden auf mit den Spitz gegen pinem leib vnd lauf mit deiner sinden an den Dispuggen, so stich zue mit pinem angen loch.

Wie man einen gewirfften halten soll.

Item woann du ainen wirfst, so falle zue allwegen zu der rechten pitten mit dem rechten knie zwischen beine bain vnnd mit der linggen sannd fall vor wenn zu pinen falls oder begreif zue mit zuder sannd ainen arm vber sein zue vnnd pi mit zugen dar du mit zu kerr vberzue falle st. vnnd greif nach pinem wol vnnd arbeit nach deinem gefallen.

Verissima et artificiosissima exercendi Athleticam per Acinacem, hoc est ensem breuiorem, descriptio.

Quicunq; athleticam, precipue habitus Acinacis addiscere cupiũt, atq; alios arte excellere, ijs prima cura sit, ut ea artificiosissimè percipiant, strenuèq; rebus seriis uel ludicris exercerant. Cetera qui eos habitus qui mox subsequenter describentur, addidicerint, nec non expeditè exercere nouerint, palma procul dubio, et Victoriam aliis, tũ etiã gloria præripient, stabuntq; in conspectu regũ, et principũ uictoriã obtinentes. Insuper etiã digniori præmio honorentur, quam ij, qui imperiti eius artis, ostentationis gratia potius, quã uera arte instituti in theatris spectari uolunt. Multi ensis longe sunt Magistri, qui ob id laurea acceperunt, reperiuntur prorsus habituũ acinacis imperiti. Qui aũt sese huic arti dedidérunt, eiusdem cura diligentem habentes, ij gladiatores artificiosè decipere potérunt, atq; adeò intercludere, ut etiã periculum effugere nequeant. inde etiã fiet, ut eos ferire, prosternere atq; captiuos tenere liceat.

Feriendum potius esse quã excipiendum.

Quũ ad hostem prope concesseris, non cessabes, sed rite Acinace exercens more athletico, longe minus ipsius ictũ expectabis. Nam ij athletæ, qui excipere aduersariũ malint quàm ferire, plerũq; ita circũueniuntur ut nullos artis usus habitus exercere possint atq; uerbemus sit necesse.

De crebris ictibus. ratione prœuemendi, tũ quid sit quod dicitur segui ictum aduersarij.

Hæc loco fundamenta totius artis Acinacis describuntur. nam in primis obseruandũ tibi erit, ut aduersarium feriendo prœ-ueniens, ijsq; quam ratione sit utendum.

Crebros ictus si usurparis, quod præcipuũ est. nunq; decipieris, ueriũ potius in conspectu regum et principũ non raro uictoriam obtinebis.

Quid dicatur prœuenire.

Id nihil aliud est, quã ut prior feriendo sis aduersario, ut is cogatur ictus tuos excipere, inde si porrò laborauerit quoscũq; habitus exercens, hostis ea ratione prœuentus est.

Segui quid sit.

Cum aduersarius te præuenerit, tuq; ipsius ictũ segueris, eũq; repellere coegeris, segui dicitur. Si igitur nauiter atq; studiosè contra ipsum laboraueris Acinace, hostem facile superare poteris.

De partibus. Acinacis firmiori et infirmiori.

Pars à capulo Acinacis ad medium usq; firma dicitur, à medio aũt ad mucronẽ infirmior, quo aũt modo ijs partibus sit utendũ, post hæc describetur.

Quod altera tantum manu sit digladiandum.

Altera manũ Acinacẽ tenebis, atq; altera dorso appones. Si aũt exercebis habitus inijciendæ manũs, et intercludendi hostiles, tũ altera pectori admouebo.

De appellationibus Ictuũ, quorũ sex numerantur.

1 Ictus qui appellationem ex ira sortitus est.
2 Ictus, qui ab eruendo nomen retinet.
3 Fortunus.
4 Ictus seuerus.
5 Ictus qui à cogendo Germanus dicitur.
6 Ictus qui à incurvando dicitur.

Nunc sequuntur principaliores habitus Acinacis, quorum XVII. sunt.

1 Quatuor Castra.
2 Exceptiones.
3 Instantes vrgentes hostis rationes.
4 Superiectio Acinacis.
5 Remotiones.
6 Transmutatio, uel transmissio Acinacis.
7 Retractio.
8 Transcursus.
9 Abscisio.
10 Ratio comprimendi manũs hostiles.
11 Inclinatio.
12 Forma utrãq; Acinacis aciẽ usurpandi.

Transitio.
Arcus.
Extorquendi Acinacem habitus.
Dependentes Acinacis ratio.
Intorsiones.

Descriptio Ictus eius, qui ex ira appellationem habet, additus eius habitibus.

Eum Ictum hac ratione formabis. Si aduersarius caput tuum supinè de latere dextro adpetat, tu etiã tu uicissim eundem
virtum exercens paritor cum hoste ferias ex latere itidem dextro citra tuã defensionẽ, atq; inde mucrone Acinacis tuj
in faciem eius uel per tuis obtritas, post deflectas contra hostes Acinacem ea conditione, ut Acinacis tuj acies longa
sit superna, breuis uero infernè. Verum si is mucrone contra se directum obseruauerit, tũc rursum in latus aduersarij
sinistrũ deflectas, mucrone contra usum eius conuerso, ita tñ ut longa Acinacis acies semper supernè appareat. At si rursus
id quoq; obseruarit hostis, tu Acinace tuo iuxta ipsius Acinace leuato, post leuiter remoto, alterum capitis latus ferito.

De duplationibus.

In habitu prædicto poteris duplatione exercere, tu etiã si quis contra te usus fuerit postremo articulo habitus precedentis in dorsu
Acinacis tuj, ipsius dorso nonihil adplices, atq; inde nuditatem superna si adpetieris, caput hostis transuerberabis.

Ratio eum habitum uitandi.

Seorsim ex Ictu aduersarij concedas, atq; uersus dextra nuditate labores, exercendo Ictũ, uel puncti ones rationẽ in discessu.

Obseruatio, unde sentire liceat in conflictu, num ensem firmiter uel minus aduersarius continet.

In prima Acinacis corrosatione obseruabis, nũ fortiter resistat uel non, idq; quãprimũ senseris, tu ex crebris Ictibus, quem
ibidem Germanj militiã dicunt, contra eius nuditatem proximã pugnabis.

Expositio Militiæ, et declaratio.

Quid ex crebris Ictibus id est militia exercendi sit, contra quatuor primas, id est contra quatuor nuditates iam intelliges.
quatuor Intorsiones militia dicuntur, atq; habitus & mucrone formati contra nuditates quatuor.

Militiam hoc modo usurpes: si paritor cũ aduersario ictũ ex Ira appellatũ exercetis, isq; eũ exceperit, tu sublato brachio, mucrone
ab ipsius Acinace supernè contra Visum mittas ex latere ipsius sinistro. Verũ si eũ impetum rembuerit, tu adpetas primas inferiores
latoris dextri, et mucrone adplices. At si aduersarius parata sui defensione Acinacem tuũ subsequatur, subito altera primã inferna
latoris sinistri pungas. Sin aũt rursus id obseruarit, tum quatuor primas si pupugeris mucrone Visum ex latere eius dextro fodias.
Quare si militiam exercere uoles, prudenter circũspiciendũ erit, ut brachiũ quodlibet cũ, opus erit, leuatum pro capite habeas, mucrõe
in quatuor primas deorsum conuerso. Militia igitur sirite et prudenter exercueris, eius habitus, qui modo formantur, aduer-
sarium superne nec non inferne infirmabis.

Declaratio quatuor Pinnarum

Quum ad hostem processeris acinace rite rependo, aduersarij Acinacem neq; aqua ferire conaberis. Verũ quatuor primas
diligentissime rimaberis.

Primæ duæ Pinnæ.

Prima est latus hostis dextrũ supra Cingulum, altera sinistrum Latus.

Alteræ duæ, scilicet Inferiores.

Latus dextrũ et sinistrũ infra cingulum, inferiores duæ primæ dicuntur. Earũ in conflictu semper aliqua obseruabis, nulla
habitu cura, quos contra te habitus aduersarius exerceat, atq; constituta animo acriter ferias. Si aũt is impetũ repellat,
subito aliam adpetito, quamcũq; tuto elegeris, itaq; aduersarij sauces, non acinacem eius.

De exercitio duplationis et mutationis.

Si quis animose uersus te feriat & tu Vindicare te uolueris, primas, tueri quantũ poteris conaberis artificiose ita, ut hostẽ sauciare
cupias, duplatione contra ipsius Acinacis partem firmiorem, cuius supra facta est mentio. Victor, mutatione contra infirmiorem
hac ratione si fueris usus, liberare se aduersarius nequibit, quin saucius abs te recedat. Duplationis hoc pacto exercebis. Si is su-
pernè contra te feriat de humero suo dextro, tu Vicissim paritor cũ ipso supnè ferias de humero itidem dextro. Sin eueniat, ut is
ictũ excipiat parte Acinacis firmiori remoto capulo sub brachiũ dextrum, subitoq; leuato brachio caput eius ferias acie longa,
secundum Acinacem ipsius strictum.

De usu mutationis.

Hunc habitũ eo modo exerceas. Si aciter de humero dextro contra hostem ferias superne, et is tũ impetũ excipiat, infernitergq;
acinace continet, tu eius Acinaci tuũ adplices in latus tuũ sinistrum, inde brachio leuato, mucrone tuũ supernè super hostis acinacem
ingerere memineris, atq; ea conditione alterã primã pungas.

Vsus ictus eius, qui ab excitando appellationem sumpsit.

Is ictus inter exceptiones contra quatuor castra numeratur. Nam eo ipso ictu, habitus thauri, Apri, et ictus inferiores
remouentur.

Eum itaq; habitũ hac ratione exerceas. Si in aduersarij conspectũ processeris, et is contra te consisterit, acinace pro capite
in custodia tauri de latere sinistro continens, tu sinistrũ præponas atq; acinace ex humero dextro uel in custodiã cancellata

iuxta pedem dextrũ continens, dextro pede in latus tuũ itidem dextrũ prosilias, inde si ipsius acinace procusseris acie longa
mucrone in faciem hostis contorqueas.

De custodia cancellata.

Ex ea custodia multi habitus formari possunt. Præcipit autẽ tu, qui appellatione habet ab excitando, et modo dextras et
utrinq; exercens. In ea uero custodia cancellatam scilicet, ita te componas. Cum ad hostem acinace athletice gubernando accu-
seris, sinistrũ præfigas pedem acinace in latere dextro continens mucrone humo inclinato, ita ut acies breuis superne consistat, hu-
nidum latus sinistrũ hosti exhibebis. Verũ si is nuditate adpetat latus sinistri, dextro pede ex ictu prosilias in latus tuũ itidem
dextrũ, atq; capulum acinacis tuj sub brachiũ conuertas. Post si acinacem hostis acie breui concusserit iuxta manu ipsius, eandem
aciem capiti eius adplices, nec non contra proxima nuditatem labores.

Alius custodiæ cancellatæ habitus.

De latere leuo in custodia præcepta hoc modo te adapta. Cum ad hostem processeris, pedem dextrũ opponas, acinace ex late-
sinistro mucrone deorsum conuerso tenens, ut acies breuis superior sit, atq; dextrum latus nuda hosti obtras, et si continent
ut aduersarius idem ferendo appetat. Tũm sinistro pede in latus sinistrũ ictum Vetabundus concedas, inde si acinace ipsius
concusseris iuxta manu acie breui, inde acie longa supra eius caput torqueas, uel ũsum, ut paulo supra commemoratũ est
pungas.

Alius habitus in custodia tauri, id si cupias refringere, hac ratione te accomodes. Si contra hostem præcedas, et is in memora-
tis iam custodijs consistat, tu aũt in custodia cancellata consistente, tũc quasi ex ictu qui ab excitando dicitur, exercere uoluer
uersus sinistrũ aduersarij latus simulato, sed tu no perficias. uerũ transmutato uersus prima alterã, quæ tibi proxima esse uide-
bitur, atq; Visum ex latere dextro hostis fodias. Vel si maius, in ipo transmutationis ictu, acie breui, ipsius acinacem si ex-
cusseris in latus eius dextrũ mucrone super eius acinace porrecto ex latere sinistro. Inde acie longa demissa caput hostis trusueris.

Alius habitus in custodia Tauri, uel eius, q nobis dicitur alta custodia, unde longe prospicitur.

Quum aduersarius contra te feriat ex prædicta modo custodia, tu ex cancellata custodea latoris sinistri acie breui ipsius
acinaci adplices ferendo. inde leuato sursũ brachio, transmittes, atq; eius Visum uel pectus latoris sinistri adpetas.

Ratio athletas infirmandi et decipiendi.

Hoc ita percipias. Cum contra hostem concesseris acinace rite gubernando, in custodiam cancellata te componas, uel Acinacem
dextro humero imponas, et si aduersarius supnè inimicitiam adpetat. Victissim et tu paritor acerrime ferias ipsius ictui
obuia longa acie demissa, Sed quãprimũ acinaces utriq; conuinguntur, subito mucrone in usum aduersarij porrecto, pun-
gas supernam primã, utrã adpetere poteris.

Alius habitus contra eos, qui more furiosorum bubulorum feriunt.

Si quis te ferire conetur ictũ uiolento, caput transuerberare molitus, tum acinacem in custodia cancellata superne iuxta
humerũ dextrũ continens, uel iuxta genu, conuerso contra faciẽ aduersary mucrone, atq; in genuflexionis statu constiteris, hoc
habitu uti poteris. Id ea ratione cognoscas. Cum uersum te hostis feriat, tu pariter cum ipso intra acinacẽ ipsius et aduer-
sarij ipsum acie tũ longa demissa. Verũ quãprimũ acinaces utriq; fuerint conuincti, tu acinace in latus dextrũ tuũ circa
caput directo, collum ipsius sauces. id si conari uoluerit, brachiũ sinistrũ uel quãuis aliũ corporis partẽ quassato.

Alius habitus contra eos qui infirmi sunt in excipiendo.

Eum habitũ hac ratione exerceas. Cum ictu qui ab excitando dicitur, ipsius Acinacem fortiter concusseris, et si aduersarius
in primo conflictu infirmus fuerit reperius, tũc acinace in latus ipsius dextrũ torqueas, corrupto collo. Inde manu sinistra
dextra opitulaberis iuxta collisionem, atq; si paululũ hostem suppresseres acinace, sinistra rursus remota pro ũsibus dextra tua
acinacem contrecto. Sin aũt is puerilem acinacis sui partem firmiore, tu subito caput eius uel collum rursus ictu Vulneres.
Id si rursum usurparit, id est partem acinacis firmiorẽ puertat, tu contra alteras duas primas utrãs infirmiori acinacis
parte concritato. Id etiam obseruabis, ne aduersarius diutius altera tantũ manu acinacem tenens iuxta collũ retineas: Ea
propter curabis, ut quãprimum contra collum aduersarij labores, celerrime usum insuper pungas, uel idem quod supra com-
memoratũ est, exerceas, Namq; tu acinacem collo ipsius adplices, non ea opinione sit, ut eum diutius retineas, sed ut eũ
decipias, quo habetus quoscũq; uoluerit, exercere possis.

Ictus fortuiti usus et uarij habitus eius.

Eum habitũ hac conditione exercebis. Cum quis in habitu aggeris contra te consistat, et tu in conspectum ipsius peruenieris
sinistrũ pedem opponito, atq; sublato brachio in custodia sublata acinacẽ continetes. Inde uero ex ea constitutione dextro pede
dextra prosiliat, atq; acie longa demissa contra hostem ferias supernè, brachiũ ex alto subsistat. Verũ mucro in usum uel pectus
aduersarij diuertatur.

Transmutationis effigies in habitu prædicto.

Istius forma hac ratione uidetur. Si aduersarius in sublata custodia consistat, tu uersus ipsius acinacẽ ferias. Sin is cupuerit impe-
tum tuũ excipere, subito mucrone demittas deorsum, inde si transmuteris Visum tuũ ex dextro latere brachio porrecto pungas, post
quoq; habitus doluerit, eligas.

Ictus seueri usus & eius habitus.

Is Ictus uocatur custodia sublata pariter cunctos Ictus qui ex alto formantur deorsum, Eum igitur hoc modo exercere discas. Cũ
ad hostem progressus fueris, et is acinacẽ sustulerit supra caput brachio leuato in custodia, te expectans, si tu prope ad eũ con-
tenderis, pedem sinistrũ præponere memineris, acinacem deorsum tenens, ita ut eius latitudo dextrũ latus respiciat tuũ, atq; is
si propius accesserit, tibi uerbera minans, tũ sinistro pede in latus dextrũ tuũ prosiliat. Verũ in ipo saltu capulum acinacis tuj pro fa-
cie tua constitutas potius subsistendo, inde feriendo superna primã lateris hostilis sinistra quassato.

Hoc item habitu uteris Acinacis firmiori.

SI usurpare uolas ictum seuerū, preuertes pectora acinacis firmiore. Sin aut aduersarius impetū exceperit, tū parte eius firmiori aduersarij infirmiorem continges, et ea conditione firmiori parte hostis infirmiore deprehendas, inde aut transmittis uersus alterū ipsius primā superne contra collum. Si uero nihil ex hac parte poteris efficere, duplationibus utitor retro ipsius acinace, atq; inde caput ipsius uerbere. Verū si aduersarius fortius impetum exceperit, ut eos habitus usurpare nequeas, truce uel munitionis clauso, ipsius acinace repellito, atq; post utu seuero alteram primam quassato.

Adhortatio ut diligenter primas obserues.

HIc doceris quatuor primas uel nuditates maxime obseruandas esse. Ad si ferueris, certus aduersariū ferire poteris, tū etiam nolā ut ante ab alijs uias instructus uersus eius acinacem ferive. Cum quis ad te processerit, atq; in custodia sublata contra te consistat, tu pede dextro in latus hostis itidem dextrū prosilius, et supne primo ictu seuerū infligas, impetū ostū aduersarios uitipiente, tunc rursus, sed id quantum fieri potest facias, inferiorem primam lateris dextri concutias, rū itaq; ictu ex altera in altera primā reuerito, et si cupius ut omnes tuy conatus frustra exeant uniquorum, ictum seuerū contra primas supernas fe- rito. Sin aut id quoq; repellat hostis, tu rursus supernam primā dextri lateris ferito. Tum etiam in uno quoniā seuero in la- tus alterū semper prosilius, et si brachium nonnihil in latus detorserit, certus aduersariū adprehendes, caputq; ipsius Vul- nerare poteris. Inde aut observandū erit, ut defensione tua quod Germani Clypeum appellant pro capite tuo constituas.

Formatur ex ictu iam commemorato erraticus qui decipere athletas solet, atq; primas ruinari.

Hoc ictu maxime gladiatores seducuntur, precipue uero ij, qui nihil aliud curant, nisi ut impetus aduersariorū excipiant, nec non acinacem corū ferire solent potius quam aduersarij corpus.

Vsus erratici ictus et forma uel descriptio.

EUm habitū hac conditione exerceas, quasi percussurus aduersary primam superne lateris sinistri ictu seuero simulato. Verū in ipso ictus actu, si propr ipsius acinacem sis, confestim ictu mutato alteram primā dextri scilicet lateris uersus caput eius conijuassabis.

Erraticus geminus adhibita incisione.

EAm formā ita percipias. Acinacem ni fallere dextro contineas mucrone humū respiciente, pollex etiā acinaci subsit, aduer- sarius aut in custodia sublato consistat, tu aut cognoueris eū facile esse decipiendū, exceptionesq; maxime sequente, corpe erecto, mucronem uersus terrā propendere facito, et Acinacem supra humerū ipsius aduersarij dextrum dirigens iferne per medium collum tuū, ita ut mucro respiciat retrorsum, capulus aut contra hostem sit porrectus, tū quasi uulneraturus latus sinistrū ipsius simulato. Verum subito ictu seuero brachiū eius dextrum sauciabis.

Plura de Erratico.

IN eū habitū ita te componas, sinistrū pedē apponito, ut antea, et acinace pro corpore tuo reieris, pedem tuū dextrum contra aduersarij sinistro, atq; te compōnito, quasi sis concussurus latus eius dextrū, tū partem corporis tui superioris uersus latus sinistrū hostis proclines. Inde sinistrū pede hostis sinistro impones, atq; ictum seuerū brachio eius dextro infligas, post acinace eleuato rursus simulato, tanq; uelis sinistrū eius latus sauciare, adhibito nonihil corpore tuo ut aduersarij latus sinistrū, rursus dextrū pede dextro itidem hostis pedi postponito, atq; ex duplationis habitu dextrū latus uerberes, nec non breui acie retro ipsius acinace, faciem eius sauciabis. Post ictū nonnihil prorrotas sublato statim acinace, ut antea, sinistrū pedem aduersarij dextro si postposueris, ceruices ipsius quassato. Inde si rursum sustuleris acinace, et paululum processeris sorsum, Ventre uulnerato, atq; is habitus Germanus dicitur, non Erraticus. Sed is qui corpus aduersarij contingat. Deinde aut rursus si retrosseris, dehinc Ceruices sauciabis. Sed eos habitus si nolueris exercere, ex habitu duplationis proscindito. At si is reuidere cupiat, proximā nuditatem, qua prosperaris proscindas.

Sequitur nūc descriptio ictus eius qui Germanis à rogendo dicitur adhibitus eiusdem habitibus.

EUm ictum hoc modo exerceas, Si Acinace recte retrendo, in conspectū aduersarij processeris, pedem sinistrū prefigas, acinace ita continens, ut mucro deorsum terrā proclinatus sit pollice subsistente. At si aduersarius à superne contra te feriat caput adprimens acinace conuerso, Ictui ipsius obuiā ferens brachio porrecto uersus Visum hostis, si uult astutia atq; ingeny industria usus concidat, atq; inferne transmiserit, tuc remaneat mucro acinacis tui longius brachio porrecto in ipsius conspectu, et inde continget, ut is prorsus nihil possit efficere, nec ulla ex parte te ledere, nec inferne transire poterit, quod si fuerit conatus, eius impetum refrigere ictu qui à rogendo dicitur, quibus tu etiā id si quispiā ex habitu Verris uel Apri pungere te molietur. Hoc igitur exercere utriq; licebit.

Ictus qui nobis ab innuendo sic appellatur adhibitis eius habitibus.

SI rite hoc ictus genere uti uolueris, hac conditione te accomodes erit necesse, sinistrū pedem prefigas, atq; acinace in dextro humero continens. At si aduersarius in custodia sublata, unde late regiones prospiciuntur. Sic enim Germany eam cu- stodiā nominare solemus, constiterit, tum de humero dextro brachio cancellato ferias ex acie longa. Verū in ipso actu cetra ipsius acinace torqueas, atq; acie breui caput aduersarij uulneres. Inde aut acinacem demittas pro corpore tuo, et subito transmutes in latus sinistrum sinistrū tuū mucrone demisso, post caput ipsius de latere sinistro acie breui premissa sauciet.

Alius precedentis habitus.

IN latus sinistrū acinace ponas, mucrone deorsum conuerso, pollex aut acinaci superimpositus, atq; in custodia cancel- lata prouius uel erectus consistas, ita tamen ut pes dexter sit ppositus. Sed si aduersarius in sublata custodia consistat, tum uersus latus ipsius dextrum ferias, demissa acie breui. Inde acinace transigas mucrone demisso. Post si direxeris ali- nace in latus eius sinistrū, utriq; habitu prędicti, et quidem geminū usurpasti. Sin aut no uolueris ex dextro latere, acinacem demissum continens, atq; uersus latus tuū sinistrū acinace torqueas acie breui subsistente, inde Visum ipsius pungas.

Ratio sauciandi acie longa latus aduersary sinistru ex prenominato ictu.

ID eu ratione percipito. Si aduersarius contra te in custodia sublata consistat. tum de humero dextro tuo recta ferias supernè ictum supernu acie longa pmissa uersus latus aduersary sinistrum. Verù in ipso actu, quandoquidem caput eius mat aspetitur, contra eius acinace torqueas. Vt tamè acies breuis subsit, atq; in ipo plage ictu mucrone demictus, inde inferne transmittas acinace in latus sinistrum tuu. Post si hostem acie breui sauciaris quicquid in mente uenerit, usurpato, & is habitus utring exerceri potest. Porro si ferias uersus latus ipsius dextru acie longa pmissa caput aspernendo, ad te Acinace torquebis. Deinde sublato brachio visu hostes latrus dextru pugito, post rursus in latus dextru ipius torqueas acinace, atq; rursus unsum aduersary fodias.

Alius habitus eius ictus. qui appellationem ab innuendo adeptus est.

Contra quenis ictu hoc habitu uti potreis, siue ictu curuo, uel alio quouis impetum hostis repellat tum, tu olea si quis eo ictu uel habitu artificiose atq; in loco fuerit usus, multos lesurus est athletas. Eum igitur hoc modo exerceas. Cum aduersarius cursim impetu tuu exspirat, tunc ictu supernu de latere dextro ipsius acinace libere contingito, sed in ipo ictu acinace conuertas pugio utrig; continguntur, post leuato brachio acie breui caput ipius quassato, et eo ictu si hostem sauciaueris, mucronem acinaces in latus sinistru tuu dirigas, guttur uel pectus ipius pungito, uti scienti instructus es, eo habitu utitor, qui exceptio nobis dicitur.

De quatuor Castris.

Habitus Aggeris: Custodia sublata: Taurus: Verres uel Aper.

Postquà illi sex ictus Acinacis adhibueris iporu habitibus sunt descripti planè athleticè, atq; adeo declarati, deprimuntur nunc subsequenter decè et septem habitus principales, Primu autè quatuor Castra describentur ordine, ex quibus nos artificiosè et quidè athleticè possumus nos defendere.

Aggeris Castrum.

Prima custodia Agger Germanis appellatur. In ea igitur hac ratione te componas. Pedem sinistru prefigas. Acinacem brachio porrecto ante te contineas, mucro terre infixus, acies autè breuis supernè adparrat.

Custodia sublata.

Secunda custodia sublata dicitur. atq; ad eam hoc modo te accomodes necesse erit, pede sinistru ponas, et Acinace supra caput eleuato brachio teneas, acies longa prior adparent, atq; ita consistas in ea custodia.

Tauri Castrum.

Tertia custodia seu Castru appellatur Taurus, in ea subsequenti ratione te adaptes, sinistru pede pponito, in latere sinistro acinace teneto, capite tuo constituto, rursusq; te acie breui conuersa, atq; mucrone uersus ursum porrigas.

Verres, uel Aper.

Quarta custodia Verres nuncupatur. Eam igitur hoc modo usurpato. Sinistru prefigas pedem, acinace supta crus dextru ex latere itidem dextro contineas. capulus femori sit adiunctus, acies breuis superior sit, mucro aut sursum uergat contra aduersary ictu. Eodem modo etia ictus exercere poteris de latere sinistro, atq; hunc in modum te adaptes, ingra latus sinistru acinacem contineto deorsum prope femur sinistru. Ita tn ut acies longa superior existat, mucrone conuerso in ysum aduersary.

De quatuor exceptionibus et earum habitibus

His habitibus negnaq; contra custodias utitor. Nam quatuor ictus subsequentes eas infringent.

Primus qui ab exercitando appellationem habet, custodiam Tauri refringit.

Secundus ex seueritate uel grauitate appellatur. Is removet custodiam sublatam.

Tertius, qui à coprendo appellationem apud Germanos sortitus est. Verrem repellit.

Quartus dicitur sortitus atq; is Aperes custodia disrumpit, qua aut ratione falsitos exercere te oportuit supra institutus es artificiosissimè, ite qua ratione quatuor custodiæ in nihilum redigantur, admonitus insuper es, ut crebras exceptiões adeues.

Ratio mucronis adponendi proximè ad quatuor primas, quarù supra mentio facta est.

Ratio adponendi mucronis habitus excellens est, qui quidem ad quatuor primas proximè accedunt, eam igitur exerceas quoties terrore ab hoste uolueris, Hoc uidè modo usurpes. In custodia Tauri uel Verris te accomodes, et si aduersarius ferire conetur, constitus de latere ipius dextro, tu primùm memineris, atq; mucrone longiore uersum nuditatem proxima latera sinistri propel, lad, et semper curabis, ut mucrone eum contineas,

Sed si aduersarius de supernè ex latere sinistro ferrat, tunc eu primus excipiendo, atq; mucrone longiore uersus latus ipsius dextrum torqueas.

At si ab inferne feriat de latere sinistro, tu mucrone longiore contra infernà mùditate latrus dextri impellas. Verù si id obser. uauerit hostis, et oportet, tuus acinaces ipius acinaci inherrat. Sed quantù poteris extra proximas nuditates concertabis.

Insuper et hoc diligenter obseruabis, quaprimù ad inuicem estis conersi, et aduersarius correpto acinace ferire molietur, tu quaprimù mucrone utitor, atq; proximà nuditate punito. Sin aut acinacem remouere nolit, obseruabis id, ut quoties ictu usurparis celerrimè etiã mucronè exerceas. Itaq; si rite hoc habitu usus fueris, haud ita tutù se aduersarius reddere audet, quin uulneretur.

Ratio instandi uel hostem urgendi.

Eius formę multi et uarij habitus sunt, ijs autè, qui exercere hos uolent, magna prudentia opus est contra magistros athleticè, qui scriptis ictibus porrectos, uerù alias Athleticã nõ magnã facientes acinaces, etiã instandi habitus contra eos usurpandi sue, qu aduersarij conspecta recedut, uel longius feriut, ita ut statim acinace attollere nequeãt

Prudens habitus etiã hoc modo exercetur. Si ad hostè peruenieris, tunc in custodia sublata sinistru pedè prepones, atq; diligenter

observes, quos habitus aduersarius contra te exercebit. Si porrectim de humero dextro superne feriat, tu expecta donec per-
miserit ictu tuu deorsum concidere, Post si prosiluerit prae dextro, nuditate dextri lateris supine cognito prius acinace tuo sustuli
Instauratio ratio alia scilicet cum aduersarius longius feriat, qua ut celeriter acinacem tollat.

Cum aduersarius longius feriat, qua ut statim acinace sursum tollere possit, tuq; ictum ipius sequaris, is aut celeriter resurgat, et tu
potu eripiat, acie longa acinacem eius supprimas fortissime, et si sustulerit, tunc sinistru pedem. hostis dextro si prosiliendo postposueris,
dextru capitis hostilis latus quassato, atq; inde quascunq; habitus uelueris, exercebis.

Cautela.

Semper autem observabis in primis, num fortis uel infirmus in collisione acinacis existat, cuius rei antea mentio facta est.

Alius precedentis habitus.

Si aduersarius longius ictu direxerit, et tu ictum eius sequeris ferriendo, Si igitur eius acinacem de latere ipius sinistro contigeris, atq;
aduersarius subito ex remotione uersus latus tuu dextru ictum sauciu exercebit, tu uelissim celerrime sub eius acinace anterius uersus si-
nistru ipius latus acinace tuu collo adplices, nec non uestigium habitus usurpato, uel capulo elevato, mucrone in ulsum uel pectus ad-
uersary demittas. Inde si retrorsum hostem egeris, quatuor primas adgredietur.

Alia forma urgendi hostem.

Si te in custodiam aggeris accomodaueris, et aduersarius in tuu acinace suo concideris prius, tu acinace sustuleris, tu acinaces
tuus sub ipius remaneat. Verum inde paulatim tollas, at si eis interim ferire conabitur, seu à tuo acinace intorquere, tu noluto permittere,
ut eum removeat. Verum subsequitor acinaci ipius inhertas atq; proxima nuditate ni adpetito.

Alia forma.

In custodia aggeris te componas, sinistru pedem prefigas, inde si aduersarius de latere dextro ferire molietur, tu ex ipius ictu acina-
cem removeas in latus ipsius dextru, atq; porrecto brachio super ipius acinace pungas, id si hostis repulerit, tu sublato brachio celeriter,
atq; mucrone in eius ulsum torquens totis uiribus.

Ratio urgendi hostem utring.

Utring his habitibus urgendi scilicet hostem uti poteris, et ea ratione te accommodes. Si aduersarius longius ferit, siue ad latere
dextro sue sinistro sit, tunc animose nuditatem ipius ferias. At si sustulerit acinace, et inferne tuu contigerit, in ipsa acinacis torsu-
ratione diligenter observes, acinacis tui acie longam brachio eius superimponas, atq; supprimas ea ratione, uel si minus faciem
eius prosciudito.

Superiectio Acinacis.

Eum habitu hoc modo exercito. si in conspectum aduersary fueris progressus, et is inferne contra te feriat, impetu ipius excipere no-
lito. Verum diligenter observato, quo paulo inferius ictus eius contra te procedat, et tu primum ad humero dextro tuo porrectim id est
acie longa ferias prius, inde celeriter mucrone in ulsum ipius injicias ex acie longa, eiq; adponas, ea ratione si fueris usus, continu-
gere te aduersarius nulla ex parte quibit. Verum ab inferne si is acinace sustulerit impetu tuu excipiens, tum acies acinacis tui lon-
ga remaneat super ipius acinace, Inde aut celeriter sublato brachio, mucrone contra faciem torquens.

Superiectio Acinacis ex ictu seuero.

Hunc habitu ita usurpabis. Cum aduersarius sese in custodia sublata accomodauerit, tu in latere dextro acinace continue
sinistru pedem prefigens, inde qua proxime ad latus aduersary sinistru accedas seuerum exercens, post capulo acinacis tui super
ipsius acinace inferne traiecto in latus ipius dextru, retracto acinace sursum, si inde capitis sustulores, sinistra manu ar-
mata faciem ipsius fodito, uel quantum poteres plaga, quae à tomitru adpellationem habet, capiti hostis infligito. uel parti
infirmiorem acinacis contra inferne primum dirigito

Ratio Acinacem collo adponendi, atq; per pedem prosternendi.

Ad hostem procedas ut ante, de latere dextro tuo, versus ipius sinistru, et inde fortissime capitis super hostis acinace traji-
cito, post si manu sinistra in auxilium dextre, partem acinacis tui infirmiore prope mucrone corripueris, collo ipius ex latere
sinistro adplices, atq; cubito firmiter collo eum adprimas, deinde uero dextrum crus ipius eidem dextro supponas, atq;
ea ratione aduersarium prosternas.

Nunc sequuntur habitus, quibus precedentes formae infringuntur.

Primus.

Primum habitu hoc modo exercens, Si aduersarius capulum super tuo acinace traiecerit, atq; manu armata mucrone breue in
faciem torquere conabitur. eu sustulerit acinacem super acinace tuu conuersa in eu acie, manu acie longa hostis prosci-
uersumq; latus ipius fortiter suppriimas sinistrum.

Secundus.

Item si rursum capitis acinacis traiecerit, atq; mucronem in facie conetur torquere, tu acinace tuu uersus aduersary latus si-
nistru flectas. ut acies longa supine existat, inde mucrone in pectus demittas, uerum in ipa punctione retrorsum propellas.

Tertius.

Quum hostis visum tuu, ut prius, adpetierit, manu vacua eu repellas abiecto acinace, inde ipius acinacem corripias prope capu-
lum dextra manu, atq; sinistra conuersa quasi impetu excipere uelis simulato. verum parte acinacis infirmiore corripiens, superne
propellas, manu multum dextra intra ipius brachium utriusq; in latus aduersary supprimas dextrum, et ea ratione acinacem extorsis.
atq; eum prosternere poteris.

Quartus.

Si aduersarius superiecto capulo collum adpetierit tuu, ner non uergere te per dextru uel sinistru pedem molietur: Id hoc modo
refringes. dextra manu cubitum ipius corripito, versus latus eius dextrum pellito, manu uero sinistra inter brachia utriusq; infesta

collo eius ex latere dextro adplices, sinistrā deinde pedem, aduersarij itidem sinistro postponas, atq; per femur sinistrum hostem prosternas. 15b2

Quintus.

Si. ut supra cōmemoratū est, iterū capulū trauerterit, tum sinistra manu, ipius itidem sinistrā corripias. dextra uero eum propellas, inde dextrū pedem prosiliendo hostis sinistro prepōnas, atq; ita eum infirmes.

Sextus

Quum etiā hic trauerterit capulū, tū sinistra manu brachiū ipius dextrū prope iūcturā corripito, idq; uersum te deprimas, inde aūt brachiū dextrū firmiter brachio hostili sinistro supermittas, et sub utrisq; ipius brachijs transeas, dextrū pedem si inde utriq; ipius prepositeris, trq; inclinatus sinistrū tuū cōmouereris, hostem prosternes.

Septimus.

Quum, ut prius factu est, hostis se gesserit, manū dextrā inseras intra brachia ipius ambo, corripiasq; eius acinace iuxta capulū, inde aūt prope pectus manu sinistra couersa intra ipius acinace partē infirmiorē adprehendas, nec nō firmiter uersū te conuellas.

Octauus

Sinistram manū super aduersarij acinace trajicias prope capulū, atq; deorsum deprimas, manū aūt dextrā sustolles inter eius utrūq; brachiū corripiēdo acinacis hostilis partem infirmiorē, uersusq; te quantū poteris adprimas, post si inclinatus aduersarij sinistrū cōpellas, extorquebis è manibus hostis acinacem.

Nonus.

Alia effigies precedentis, manu dextra tua super aduersarij brachio dextro superiniecta, acinace ipius iuxta capulū corripias, atq; cōpellas uersus dextrū latus tuū, inde aūt sinistra conuersa partem acinacis infirmā corripito, etiā hic in dextrū latus tuū conuellas firmiter. id si egeris, ipius acinacem capiti illides.

Decimus.

Si aduersarius eodem modo te fuerit adgressus, quo prius iuxtaq; collū te tenuat, et tu ipius acinace corripias, manu dextra sup ipius dextrū brachiū, sinserisq; hostem acriter resistere, ita ut nequeas acinace eius in latus ipius dextrū torquere. tum sini. stra retro eius dextrā capulum adprehendas, atq; si firmiter deorsum in latus sinistrū tuum conuulseris, acinace ex hostis manu extorquebis.

Vndecimus

Aduersarius, cum rursus trauerterit, sublata tua manu sinistra retro ipius dextra, intra manū eius et capulum, firmiter in latus ipius dextrum reprimas, inde si subito in prioritū latus tuū te conuerteris, rursum acinace extorqueb.

Duodecimus.

Quum hostis idem, ut prius, exercebat contra te, tunc supra brachiū ipius utriq; punctione directa, utrunq; itidem per partem acinacis infirmiorē sauciet in iuncturā, post firmiter capulo acinacis, tollas brachiū eius sinistrū iūcta cubiti iunctura exterius, atq; è superne fortitur in latus aduersarij dextrū deprimas.

De remotionibus uel Exceptionibus.

Diligenter obserues qua ratione id fiat per acinace, siue quis contra te ictibus siue punctionibus utatur. hoc igitur modo te componas. Si ad hostem processeris acinace gubernando, atq; si is quasi puncturus sit, se accomodarit, tu sinistrū pedem prepōnas, nec nō uersus eū in custodiam Apri in latere dextro tuo te adaptes, et latus sinistrū aduersario nūdum exhibito. Sin is superne nūditate adpetat pungendo, tu acinace in latus tuum sinistrū contra eius punctionē torqueas, ita ut acies breuis hostis acinaci adiūngatur, et ea ratione impetum eius repellas mucrone in Visum porrecto uel Thorace, atq; inde visum hostis uel pectus pungas.

Alia precedentis effigies.

Si consistas in custodia Verris uel Apri contra aduersarij latus dextrū, et is de latere sinistro superne contra nuditate feriat, acinace sublato, eū contra ipius ictum in latus sinistrū torqueas, ita tamen ut capulus pro capite tuo consistat in habitu Tauri: inde dextro pede progressus, visum ipsius uel pectus fodito, atq; ijs punctionibus ex quatuor predictis supra Castris utitor, easq; exercito.

De Transmutationibus.

Varij Transmutationū habitus sunt et modi, eosq; ex singulis enūmeratis ictibus exercere poteris contra athletas eos, qui contra arma tantum feriunt corpore aduersarij neglecto, atq; eius nūditatibus. Transmūtationibus aūt prudenter uteris, ne nuero aduersarij nūditates tuas reputat, dum tu transmutationes exerces.

Eas igitur hunc in modū exercebes, si acinace rite gubernando ad hostem processeris, acie longa prmissa caput hostis superne ferito, at si is contra acinace tuum feriat corpore neglecto, mucronem simul cum ictu inferne transmittas prius q; tuū contegerit acinace, atq; alterā nūditate pungito. Verū si id diadumerit aduersarius, sequiturq; causa sui defendendi punctionē à te factam, rursus transmittere uersus alterum latus non dubitabis. Id itaq; sempor exerceas, quoties pro sui defensione acinacem tuū sequetur: tum etiam id utriq; formatur.

Alia transmittendi acinacis forma, et effigies.

Quum in hostis conspectum fueris progressus, pedem sinistrū prefigas, mucrone longo uersus ipius visum porrecto, et si is ab inferne uel superne contra acinacem tuum feriat, nec non remouere te conetur, uel eum contingere, tum celerrime mucronē transmittas deorsum, atq; alterā latus pungas, idq; exercere contra omnes ictus poteris.

Alia eiusdem ratio.

Si aduersarius impetu tuũ exceperit, feriat, uel alias acinace tuũ attigerit, et cũ ipso tuo acinace, mucrone sui acinacis contra
visum uel pectus non porrexerit, verũ seorsim transmiserit, tunc tũ imperterritus transmittas. Sed si mucrone in visum tuum
uel nudantes conicerit. Transmissiones vltato, Verum acinaci eius inhęreas. atq; contra proximam nuditatem conuertato. et
ea conditione prohibebis, ne aduersarius instando te urgere, uel mucrone pinnis apponere queat.

Alius habitus prędicti.

Porro etiã ex porrectis et longis ictibus inferis Transmissionibus utitor ultima, maximè aũt de sinistro latere, pfixo pede sinistro,
ad hostem igitur progrediitor inferos ictus exercens, ita tn, ut in progressu pedes utriq; coniungantur, corpq; rectus ferias por-
rectis brachijs longa acie prmissa: et cum prope ad ipm perueneris, quasi iniecturus sis mucrone inferne in latus ipsius dextrũ
contra visum, te prępares. Verũ celeriter inferne iuxta capulũ transmutes, atq; visum sinistri lateris acriter pungas.

Alia effigies.

Eam hoc modo ex inferis ictibus exercens, contra hostem utens ictibus inferis procedito de latere sinistro, uersus hostis dextrum
feriendo brachijs extentis, atq; gemino gradu id fiat sicuti ante, ita tn ut pollex supernè constitutus sit in latitudine armacis,
acies breuis prominet. Sequitur ad hostem prope accesseris. tum retrò longiorem mucronẽ contra visum eius impellas pollice supinè
existente: at si eũ mucrone non attigeris, acinace, postq; paululũ ita constiteris, in latus sinistrum tuũ torqueas ad ipsius acinacẽ
subsistente acie breui, longa uero superior constituatur. inde in latus aduersarij dextrum pede sinistro concedas, ut eũ circumstes,
atq; facie eius fodeto, Et si duplatione uti volues, tibi concessum est, prcipuè autem uersus latus ipsius dextrũ retro eius acinacem
medium. tum etiam exercere hic gemino erratico, uel ictu, quo cum attingere licebit.

Rotę habitus.

Qui Rotam recto exercere quibit, is mutationem geminam efficere poterit.

Eum igitur habitũ cum usurpare uoles, hoc modo te accommodabis, ictũ impetuosum de humero dextro porrectim brachio prorsus
porrecto contra aduersarium feries prefixo pede sinistro, post extollẽs mucronem ita, ut breuis acies supernè adpareat. ita supernè
etiam de humero dextro melines retrorsum. Verum ab inferne rursum tollas, ut tamen semper mucro contra hostem porrigatur,
atq; simulato quasi sis mucronẽ contra ipsius latus sinistrũ impulsurus, inde aũt celeriter sublatũ transmittas cõtra uisu partes dextrę.

Alia prędentis habitus effigies.

Dextrum pedem prefigas, formesq; rotam de latere sinistro tuo, inde aũt mox sinistro subsequutus te componas, quasi impulsurus sis
mucronem de latere sinistro tuo contra hostis latus dextrũ, inde aũt mucronem iuxta aduersarij capulum transmittas, atq; ipsum
dextri lateris hostilis pungas, ita Transmissionibus ęque ex inferis ictibus, atq; supernis et geminis ictibus inferis.

Acinacis attractio.

Multi itemq; varij Attractionũ sunt habitus: ij aũt principaliter exercenda sunt contra athletas, qui pro viribus ferunt acinaces
aduersariorũ, atq; fortes in eripiendis ictibus existunt, tũ etiã contra hos, qui dudum acinacẽ aduersarij inhęrentes remorandum
obseruãtes nũ aduersarij in ipsorũ conspectu retrahere uel longius ferire quã athletas peritos decet, uolint. Quare si eos ludere uoles,
retractiones hac subsequenti ratione exercito, ex ictu seuero hostis acinacem continuo statim in primo conflictu in latere ipsius sinistri,
atq; inde ex eode ictu latus dextrũ hostis ferias, Verũ si acinaces utriq; contigerunt, brachiũ tu paulũ retrorsũ retrahe, et ex plaga pectoris
formato uersum hostis visum lateris sinistri: Vel si manus acinace traiecto, rursus acie uel breui uel longa superna nuditatem latens
dextri concutias. Quis aũt habitus Transacto sit, post cognosces, uerũ diligenter obserues, ut eas prudenter iuxta mea doctrinam
exerceas, nã longe aliter Transactiones in habitibus acinacis formantur, quam supra in habitibus ensis longi.

Alia forma retractionis.

Contra hostem uehemẽs impetu de latere dextro supernè caput adpetenteo ferias. Simis impetũ istũ excipere conetur, retracto pro-
lixũ acinace priusq; cõtingat tuũ acinacẽ, alterũ pinnã sinistri lateris hostilis pungito, idq; exerceas ictibus quos aduersarius facilimi sit.

Alius retractionis habitus.

Si hostis acinacẽ tuũ contigerit, eiq; inhęrerat expectans acinacẽ remouere uelis, tũ id quod cupis ea simulato, uel quasi Aci-
nacẽ sis retracturus, sed neutrum perficito, uerũ potius illius acinaci inhęseras, post medium attrahas, atq; iuxta hostis aci-
nacem rursus celeriter Visum uel pectus hostile fodias. Cum itaq; eu habitum usurpare uolueris, semper poteris acinacẽ tuũ
uertere contra acinacem aduersarij, vt tamẽ acies longa superior existat, quemadmodũ supra institutus es.

Alius item habitus. Si hostem leuiter punxeris, tum celeriter contra ipm duplationibus utitor, uel alijs quibusq; optimis, id aũt
fieri debet celerrimè.

Ratio Acinacis retrahendi cum in custodia Aggeris consistas.

Quum in Aggere consistas, aduersarius aũt è superne uersus sinistrũ latus tuũ feriat, tu gemino gradu in latus dextrũ tuũ concedas,
retracto ex ictu hostili corpe tuo, atq; supina nuditate ipsius cruribus, id aũt in primis caueãs, ne is continuat acinacem tuum
retracto Acinace, capulo pro capite leuato.

Retractio cum in custodia sublata consistas.

Si aduersarius ex custodia modò commemorata contra te feriat, te eidem in ea consistente, tu ex ipsius ictu retrahas acinacẽ tuũ,
caueãs magnopere, ne hostis eũ feriendo continuet. Verũ si de latere dextro suo uersus tuum sinistrũ ferit, tu retracto Acinace, ge-
mino gradu in latus hostis sinistrũ concedas, atq; supernã nuditate ferias, id etiã utrinq; exercere poteris.

Retractio ex coruscatione Acinacis utriusq;.

Quum aduersarius tuũ acinacẽ in primo conflictu attigerit in latere sinistro tuo, nec non alterã pinnã concutere conetur, im-
petu ipius excepto ex latere dextro tuo, cernicem eius uel caput quassabis.

Alia retractionis effigies.

Hic habitus ceteris excellere uidetur: eu igitur si exercere uoles, hoc modo te prępares necesse erit. Si in custodia sublata consistas, is
aut acinacẽ tuũ contigerit ex latere tuo sinistro, atq; dextrorsum forsitan conabitur. tu retracto Acinace, capulo pro capite leuato,
ita tamen, ut acies breuis uersus te consistat, in latere tuo sinistro mucronem demittas, atq; guttur ipsius hostis adpetes
uel pectus; retrorsumq; eum propellas.

Alia, quo pacto, & latitudo acinacis sit usurpanda, et geminus erraticus.

Si aduersarius in custodia sublata consisteret, tum de latere uel humero dextro tuo contra hostis acinace ferias. Sed acinacis latitudine utendo, acie longa uersum te conuersa, atq; ipso ictus actu in latus ipsius dextrum pede dextro concedens proxime pede ipsius eidem dextri, inde aut pariter contra aduersary acinace ferias. Sed si prope acinaces utrisq; conueniut, acinace tu retrahas, capulo uersus latus sinistrum tuum constituto, hinc citra dem tui defensionem acriter uisum eius punctes, idq; obserues, ut in ipsa punctione pede sinistro mox subsequaris, inde etiã dextro, ut progressus geminetur.

Ceterum siue hostem punxeris siue erraris, celeriter post punctionem facta in latus hostis sinistrum acinace torqueas pollice subsistente acinace, acies aut longa uersus hostem, post igitur ex tua compositione latus dextrum eius quassato. Verum rursus acinace sublato ut subsistet pollex, si pedem dextrum in latus aduersary itidem dextri collocaris, rursum idem latus adpetito retro ipsius Acinacem medium conuersa in faciem eius acie breui: etiam cum ictu exercere licebit, quo hostis sauciatur, qui ab astringendo adpetitionem habet.

De Transcursu.

Eum habitum hac conditione usurpes: Si aduersarius contra te utitur ictu superno, tu seuerum ictum pariter cum ipso ferius, ut manus utrasq; comungantur, inde autem sinistra manu, hostis cubitum exterius corripito, atq; tum propellito in latus sinistrum, post celeriter abiecto acinace manu dextra poplite ipsius exterius corripito, inde si sustuleris, aduersarium prosternes.

Transcursus ex primo conflictu.

Quum mutuo Acinaces contigeritis, hostis dextrã manu tu sinistra adprehendas, sursum leuabis, atq; inde opem sinistre manu dextra feres, dorsum si contra hostem conuerteris, manu utraq; sup. humero dextro tuo aduersary brachium infringes.

Alia forma.

Si aduersarius incurrendo tibi proxime coniunctus est, tuq; idem feceris, dextra manu ipsius, tu sinistra interim adprehendito, atq; propellas, brachiu ueru sursum tollas, inde capite transcurras sub ipsius brachio in latus dextrum, atq; manu sinistra brachium aduersary correptu in cernice retines, inde si humeros atq; ceruice acriter sustuleris, brachiu ea conditione distrumpes.

Alia item Transcursus effigies.

Si rursum mutuo utroq; incurristis, dextra aduersary manu sinistra tu corripito, subleuatq; brachiu ipsius, inde capite transeas sub brachio hostili, et si inde dextra manu, poplitem hostis itidem dextri corripueris, humero sublenes eius ipsius, atq; pone dorsum aduersariu in caput precipites.

Abscisionis habitus.

Is habitus usurpatur ad refringendas acinacis intorsiones: eu igitur hac ratione exercebis, Si contra hostem athletica exercens in progressu itidem inferis ictibus, uel te in custodiam Verris composueris, et is attigerit tuu acinace prius q̃ tuu acinace sustuleris, tum remanebis inferne eius acinaci inhærens, Verum acie breui subleues acriter. Sed is supprimat, tum inferne ab ipsius acinace rapiedo, atq; celerrime visum aduersary superne vulneres.

Ratio comprimendarum manuũ hostilium

